



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Consideratio Pro Sexta Die. De Virtute cuius studio hunc annum necesse
sit impendere, & de mediis illam excolendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

CONSIDERATIO

Pro sexta Die.

De Virtute cuius studio hunc annum necesse sit impendere, & de mediis illam excolendi.

Infallibilis principij instar esto, nunquam te in Virtute tantum, quantum cum Divina gratia fieri posset, profecturum, nisi illam perfectionis Christianæ partem excolendam tibi sequas, quæ consideratis omnibus magis impræparatarum tibi necessaria est. Quod si enim tantam peculiari præ reliquis studio non observas, inefficaces & enerves erunt, quotquot habes ad bonum voluntates & affectus, cum fieri utroque non possit, ut in omnibus notabilem quempiam profectum facias. Jam si illam, ex quo Virtutum agmine, excolendam tibi sumis, tuas acquisitiones minus necessitatibus tuis aptas facies, ut præcipuas, quibus laboras, vitiorum consuetudines, altiores identidem radices agant in animo, & quotidie importuniores ad plures & fediores lapsus te inclinent.

2. In primo puncto meditationis de peccatis propriis præcipuas imperfectionum tuarum

I i ori,

origines & radices inspexisti: oportune fallor; quia jam nunc erit usui, quod illic didisti intelligere, ut deprehendas, quoniam virtutibus magis præ omnibus necessaria sit, habitus tuæ indolis, occupationum frequentius occurrarum ratione. Conducet ad illum finem tuum considerare, & itineris ad illum deduci debes, rationem. Tantum Divini luminis flagita præsidium, quod illustratus non erres in electione, quam aditarius facere, & naturæ rebellis contra motus generosè valeas pervincere.

3. In mentem ergo revoca principales, quas tunc deprehendisti, imperfectiones, & quam radices iniquitatis, & singulas penitus hunc in modum excute. Cum de cogitabis, ita illam cordi tibi habe, quasi illa quæ te cruciat; relinque tantisper cæteras, nihil ad te pertinerent. Sic in primis ipso disquire, quos in te fructus maligni germen proferat; eventila, quæ licet, omnium agitationes, desideria, sermones, actiones & jusmodi, quorum omnium causa solet esse culta hæc animi lues, quam extirpatum is faciat, tum erga DEUM & proximum, tum te ipsum etiam; explora, quàm nequiter

omnes actus à primo, quo evigilasti, tempore
que ad somni nocturni horam se immisceat.
quodiosè nota, quantus sit defectuū, quos depre-
tendes, numerus; id enim ad cognoscendum
pellimæ radicis vigorem conducet.

4. Expende, quantæ sint imperfectionis hu-
manæ vires, quibus mentem infestat: qua ratione
et quo tempore nata in te sit; num diuturnus
est, quem in te exercet, dominatus; num quoti-
dianis semper incrementis aucta sit; num ten-
teris aliquando eliminare molestum hospi-
tem, & quis conatum tuorum successus fuerit;
quænam occasiones sint, quæ personæ, negotia
vel objecta, ex quibus acriores ad te impugnan-
tium vires colligit. Num adeò frequens sit, quem
de te agit, triumphus, ut irritò quasi conatu re-
sistari videaris.

5. Eminus jam prospice pericula, in quæ
malignæ hujus consuetudinis impetu poteris
incurrere. Observabis igitur, quænam indo-
cilitas & propensionis tuæ sit ratio, quàm longa
consuetudo, quanta passionis violentia, quàm
efficaciter & quoties mentem concusserit; at-
tendes, & ad occasiones in hoc vitio peccandi,
quæ vel fortuito occurrunt, vel pro nego-
tiorum tuorum ratione frequentiores erunt.
Vide num bonum salutis, vocationis, aut Perfe-

tionis tuæ, an bona ad proximum exitio, an religiosa tuæ familiæ honor, an deus aliquid eorum periclitetur, quæ ex tua cum proximo conversatione Divinæ gloriæ augmentum aliquod possunt addere.

6. Hæc omnia ad primam imperfectionum tuarum & præcipuam radicem pertinent, cum scripto annotaveris, ad secundam ratione progredere, tum ad tertiam. Vide aliqua ex perniciosis his radicibus, ex aliâ pullulet. Rectius enim facies, si primos in ea evellenda posueris, quæ cæterarum est, nisi fortè ejusmodi sint, in quibus veritas circumstantiæ, quæ meritò faciant, ut potius, quàm stipitem aggrediare.

7. Compara inter se imperfectiones hæc diligenter singularum effectus considera, quinam ex his plus secum ferant periculi. Quorum vitiorum diversas inter se vires diligenter expende, & quænam efficacius te infestent. Pericula, quæ à singulis imminere possent tibi accidere. Vide, ut tandem quodnam consideratis omnibus, jam nunc perniciosius tibi sit. Et ad hoc expugnandum cinge forti proposito, totum te contrariis tuis cultui addicendū toto sequente anno.

que precare, ut non tantum electionem
tam ratam habere, sed etiam constantiam con-
dere dignetur, qua re ipsa exequaris, quae conce-
ditur, animi proposita.

8. Ita praefixo semel fine, oportet & de me-
is esse sollicitum, spirituales actiones, quoad li-
bit, omnes, per totum annum ad virtutis,
nam desideras, consecutionem accommodan-
do. Ordinate igitur tum generalibus, tum par-
ticularibus Virtutum instrumentis studebis uti.
Generalia sunt: Meditatio, oratio vocalis, exa-
men conscientiae, confessio, Communio, Sacti-
ficam missae, exhortationes, & Colloquia spi-
ritualia, lectio spiritualis, Praesentia DEI, mor-
tificationes, actus charitatis, misericordiae, &
quidquid boni, vel ad animae nostrae & proxi-
morum salutem, vel ad DEI Optimi Maximi
Gloriam potest fieri. Harum spiritualium
actionum constans exercitium ad praesentem
necessitatem tuam, quantum salva animi quiete
debet, curabis cum fidei industria accommo-
dare. Qua in re Ducis tui spiritualis consilium
cave, ne negligas.

9. Inter particularia Virtutis obtinendae
media primum esto, studiosè vitij, quod oppug-
nas, & virtutis, quam sectaris, indolem penetra-
re, lecto hunc in finem authore quopiam, qui
plenis-

plenissimè de utroque agat, utriusque tum
sentiam & proprietates, tum actus proprios
recenseat, tum illa etiam vicia & virtutes ex
nat, quæ proximè ad virtutem & vitium, quæ
consideras, accedunt. Quidquid penes huius
modi Authorem reperis, in Compendium
quod contrahe, & adde, siquid insuper hac
luminis, vel Orationis, vel experientie be
cio tibi accessit.

10. Vide autem, ut practica sit, quam tibi
modo comparabis, notitiam. Quocirca se
dum ad proficiendum in Virtute medium
solerti cura laborare, ut actus contrarij
omnes, quoad poteris, ita quodammodo
ces, ut quoties Virtutis oppositæ quæpiam
casio nata fuerit, nunquam negligas ab
ejus actum producere. Et quamvis non
externorum actuum cura haberi debeat,
tamen est interiorum habenda ratio. Hinc
animæ sunt instar, illi corporis loco sunt;
fectissimè agit, qui utrosque studet com
gere.

11. Tertium medium est, diligenter
bus intendere occasionibus exercendæ,
præ manibus habes, virtutis. Qua in re
ri hac industria memineris uti, ut, cum ex
virtutis motivo agas, quidquid ages, Virtutis

que tum
us prop
utes ex
ritium, c
enes hu
endum
er hac
tia bene

cerarum omnium actus hujus virtutis pro-
prios facias, & identidem labores, quâ ratione
nuam vitam tuam, omnesque ejus actus, tan-
quam perpetuum hujus Virtutis exercitium, in-
venias. Amor plenus est sagacibus inventis: &
sanctorum desideriorum, atque orationis bene-
ficio nullos profectus in Virtutis tuæ studio non
sifturus es.

12. Quartum medium est. Manè cum pri-
mam surgis, firmiter tecum statue, id omne de-
cernere, quod ad imperfectionem, quam extir-
pazum is, quoquo modo pertinet, & vigili cura
in virtutis oppositæ cultum mentem intende-
re, ad quod brevi orationucula Divinam opem
implorabis. Deinde præcipuas quasdam excer-
cendi, quod statutum est, occasiones animo præ-
cipue, & jam tunc decerne, qualis in illis futurus
sit.

13. Quintum est: ut in examine tuo Ge-
nerali præcipue ad hoc principale tuum propo-
situm attendas. Quæ ipsa tamen cura longè de-
bet esse in particulari Examine studiosior; id
enim cum semper de proposita Virtute debeat
institui, diligenter omissionum, commissorum-
ve errorum numerum opus erit annotari, unâ
cum causis, & profectu atque impedimentis, lu-
minibus item practicis, illustrationibus, ipsius

experientia ope super hac re acquisitis; sed neque poenitentia debebis obliuisci, quam pro amissis defectibus tibi met impones, & his omnibus novum propositum de emendatione coniunges, repetita matutina Divini auxilij impetratione.

14. Sextum est, ut certam singulis septimanis horam impendas, qua consideres, quid proficiendum in proposita virtute facias. Etenim tibi methodum huiusce Considerationis. Inueniatur Divini Spiritus auxilio, & Beatissimi Virginis patrocinio, temet discuties, ut intelligas, quanto affectu in peculiarem tibi propositum finem feraris, & qualis sit intentio ac voluntas proficiendi in eo, quod ita firmiter praefixum est. Debet autem, ut efficax sit intentio, actualis esse, & identidem renovari; debet firma esse & solida, utpote ex prudenti & solida ratione nata; debet esse sollicita, tanquam ad rem gravissimi momenti pertinens; debet tandem esse robusta & generosa, hoc est sustinens, ut id, quod desideras, integerrime consequaris. Vide igitur, num remissius sit, quod in te flagrabat, virtutis desiderium, & an necesse non sit, novis illud fervoribus animari. Vide de quanti inter sit, ut in Eius Virtutis studio proficias, ex qua perfectio, & forsitan etiam salutatio

pendet. Vide, quanta sit res, Divinæ Majestati placere; considera, quantis iudiciis testetur DEUS, hanc esse voluntatem suam, ut in hac virtute studeas progredi. Si defecisse te deprehenderis, veniam socordiae flagita, defectus annota, & emendationem promitte.

15. Secundò, vide, quo studio generalibus illis mediis ad profectum opportunis utare: num ad peculiarem illa finem tuum accommodas; num illis, qua decreveras solertiâ, utaris; num tanti ea, quanti par est, facias; num negligentis eorum aliquod; num perfunctoriè aliqua obieris; quænam admissorum in iis defectuum causa extiterint. Deinde & ad particularia media te converte, & vide, quem illorum usum habueris, qua diligentia ad propositum illa finem adhibueris. Excute singula eo ordine, quo supra adnumeravimus: annota defectus, cum sua quemque occasione.

16. Tertiò relege breviter, quidquid luminum toto septimanæ spatio collegisti, tum ex spiritali lectione, tum ex meditatione, aut propriis animi motibus ac desideriis, quæ DEUS suggerere dignatus est exercenti propositam virtutem, vel contra oppositum vitium decertanti. Vide, num aliquid illorum neglexeris, num omnia satis intelligas, an non remedij aliquid

quid efficacis illic reperias contra admissos
strenus errores.

17. Quartò DEI Beneficia, à munifica
manu in te per integram hebdomadam proba
sta tecum recole: qualia sunt, quòd vitam
valetudinem conservârit, quòd deficere
permiserit in voluntate Divinæ suæ Majestatis
serviendi, & quòd in omnibus actibus tuis
nitam gratiarum multitudinem tibi elargi
sit, quibus aliud non volebat, quàm ut ad virtu
tis amorem quàm efficacissimè te invitaret.
Considera, quòd causa tot gratiarum tibi con
latarum hæc unica fuerit, ut illarum scilicet
præsidio, strenuè in virtutis semita pergeres.
vide igitur, num feceris, quæ officij tui erant.
Triplex porrò caput est, ex quo, num, & quom
tùm profeceris, licebit intelligere. 1. Examina
te an clariorem tuâ, tuarumque imperfectio
num notitiam, & angustiorem de DEO tuo
in finitis ejus Perfectionibus æstimationem
conceperis. 2. Num ardentius in te desideri
um experiaris obtinendi perfectionem, & virtu
tutis tibi propositæ integritatem. 3. Num con
stans & generosus sis in obeundis spiritualibus
exercitiis tuis, sive consolationes affluant, sive
immissis fastidiis DEUS perseverantiam tuam
probet. Hæc ipsa industria eò etiam servietur,
do

deprehendas, num progressus in Virtute feceris, tu verò defeceris. Si enim septimanam cum septimana, & diem cum die contuleris, facile colligere ex utriusque bono, maloque usu, quid profectus hauseris. quàmque jacturam cecideris.

18. Quintò. Examina pugnas tuas, & quid victoriarum obtinueris, vel quoties victus abieris, considera; id quod ex annotato particulari examine colliges. Perpende, in quo frequentius, in quo item gravius offenderis; vide quænam defectuum origines, quænam occasiones sint: an omitendo aliquid peccaveris, an verò positivus quispiam actus fuerit, quò offendisti. Suum cuique defectui remedium prospice, & pro loci ac temporis opportunitate pœnitentiæ aliquid adijunge.

19. Sextò & postremò secuturæ Hebdomadæ studiosè provide. Et imprimis quidem de materia futurarum Meditationum cogita, illas ordinando, ut proposito tuo serviant, & aptæ sint ad evitandos, quos deprehendisti, errores, ac defectus tuos. Idem esto de Missæ Sacrificio, de Lectione Spirituali, de examine conscientie, determinando certam pro particulari examine materiam, & librum seligendo, quem per illam Hebdomadem legas. Vide quid

quid spontanearum afflictationum subire
Confidera, qualem te in conversatione debe
gerere, & si prævidere potes omnia, quæ
per totius hebdomadæ decursum debent, q
ratione omnia gesturus sis, decerne.

20. Septimum denique Medium profici
di in proposita tibi virtute esto, ut diem
gulis mensibus unum tibi seligas, quem
considerationi des, qualem in hebdomada
dò singulas præscripsimus. Inchoabis aut
pridie vespertino tempore ad hoc negotium
præparare, excitando serium perfectionis
siderium, & precibus Divinum Numen,
spontaneâ quadam pœnitentiâ tibi propiti
do. Altera deinde die meditationem vel
virtute, cui studes, institue, vel de re quæ
que, quæ ad ejus te amorem excitare valeat
Exactâ meditatione, aliam insuper confider
tionis horam tibi sume, quam ea methodo
stitues, quâ singulis illam septimanis iustis
institui; nisi, quòd, quæ illic de præterita heb
domade dicta sunt, hîc ea de elapso mense de
beas intelligere. In hac porro menstrua con
sideratione tua, explora, num hebdomadaria
illam recollectionem seriò instituas, anno
defectus & remedia in hac etiam consideratio
ne, & idoneam pro admissis pœnitentiam n
decere

Ecce tunc. Eodem die, vel primo quoque tempo-
re, cum Patre tuo Spirituali hæc omnia confe-
res; & cum meminisse debeas, quod animo
generoso ad perseverandum & forti opus sit,
curramque à benefica DEI manu flagitabis, vir-
ginæ Matris & Sanctorum ad hoc implorando
suffragia. Hoc demum exploratum tibi esto,
nulli diabolum operæ parciturum, ut ab ince-
ptis desinere, vel negligentius saltem agere te
faciat. Tota hæc consideratio ex P. Antonio
Gaudier desumpta est, cujus opera plena sunt
doctrinis, quoad speculativa principia solidis,
& simul etiam ad praxin effica-
cissimis.

